



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

193. fer. 5. de erectione peccatoris ad spem veniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

340 *Fer. 4. Domin. 3. post Pentecost.*
Angelorum, Sanctorumque intercessionem
inutilem reddit, habitationem Spiritus san-
cti prostituit, est causa mortis Christi, pro-
fanat eius sanguinem, incapacem facit me-
ritorum Christi, mancipat diabolo peccato-
rem, morti, inferno, æternum, & causat plu-
res lapsus. O peccatum furia infernalis,
quantam uno impetu stragem patras?

Conf. 3. Debere me dolere de peccatis,
confundique magis, quam de plagis foedis-
simis, vulneribus periculosissimis, morbis
desperatissimis, magis quam de extrema
paupertate, infamia, calamitate, damnisque
irreparabilibus virium mearum. Immanis est
confusio mea propter naturam lapsum,
prohibitionem eorum, tantamque multitu-
dinem eorundem: his stolam gloriæ perdidit,
ignominiosè nudatus. Quomodo me crea-
tura sustinuerunt, terra nō absorbit, aquæ
non demerserunt? Omnia mala non absum-
pserunt? Confusionem mihi augebunt
verba Apostoli: *Quem ergo fructum habuistis
sunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam
finis illorum Mors est.* Ad Rom. 6.

MEDITATIO CXCIII.

Feria 5. Domin. 3. post Pentecost.

*De erectione peccatoris ad spem
venis.*

Videbo

Videbo sistentem se coram Angelis Dei confusione amictum, vinculisque constrictum prodigum, à gemino dolore ob commissâ, & omiſſa deductum, præ rubore, & apprehensione attonitum. Petam cum eo erigi ad spem veniæ.

Conf. 1. Verba D. Bernardi de Prodigio serm. 17. in Cant. *Quâ fronte attollo jam oculos ad vultum tam boni Patris, tam malus Filius?* Deinde cum Tertull. lib. de Pœnit. inquirâ: *Quis ille nobis intelligendus Pater? Deus scilicet; tam Pater nemo, tam pius nemo; quia sub peccato præcipit mihi, ne desperem; sub peccato novo jubet, ut spem indulgentiæ concipiam: Reviviscam ad hæc nova, & inexpectata Dei promissa.*

Conf. 2. Quòd veniam, & misericordiam sperare jubear per merita Passionis Dei, quorum fructus est remissio peccatorum; per sanctitatem Humanitatis, majestatem Divinitatis, per intercessionem B. Virginis, & Sanctorum omnium, quos singillatim invocabo, ut pro me intercedant amplius, & quæ sanctus August. lib. 2. Conf. cap. 2. petero solitus, impetrent: *Odiū præteritorum malorum, contemptum præsentium bonorum, desiderium futurorum.*

Conf. 3. Quomodo deinceps statuere debeam per Sacramentum poenitentiae perdita

342 *Ferias. Domin. 3. post Pentecost.*
repatare, & præcepta servare. Confessionem
mihi suavem facient. 1. Dominus dicens,
jugum suum esse suave. 2. Quòd hoc bene-
ficiu[m] non Angelo, sed homini factu[m] sit,
qui aut in similia, aut in majora peccata la-
bitur. 3. Quòd fiat homini locu[m] Dei ten-
enti, ejusque potestatem habenti. 4. Quòd
sub tam inviolabili sigillo confessio accipia-
tur, ut confessor debeat prius omnes crucia-
tus pati, & mortem, quàm confessionem
aperire. 5. Dominus mirâ providentiâ facit
Sacerdotem, vel peccatorum statim oblivisci,
aut ea non considerare, ut ignominiosa pec-
catori. 6. Nullo modo potest uti scientiâ
Confessionis ad gubernationem, & ex ea poe-
nitentem, vel loco movere, vel officio. 7. Uti-
litas eius sunt, culpas lavare, & poenas, gra-
tiam ad cavenda peccata in posterum con-
ferre. Studebo ad majus gaudium dandum
Angelis cautior, humilior, ferventior resur-
gere. Ita Greg. hom. 34.

MEDITATIO CXCIV.

Feria 6. Domin. 3. post Pentecost.

*De proposito non peccandi, & sa-
tisfaciendi.*

Videbo prodigium ante pedes Patris hu-
militer prostratum se accusantem, pri-
vatis moribus affectu, & effectu renuncian-
tem,